IOHANNES DE UTINO. RICHARDUS DE SANCTO VICTORE. PETRUS PICTAVIENSIS. VARIA

Melk (?), 2. Hälfte 14. Jh.

Seite 79r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9168
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Incipit summa magistri Richardi allegorica biblie.

In principio creavit deus celum et terram etc.
Celum sunt angeli terra homines. vel celum summa et invisibi
lia. terra yma et visibilia. vel celum spiritualia terra corpora
lia. c. prelati t. subditi. c. perfecti. t. imperfecti. c. contemplativi. t.
activi. No in Gen. Descendit homo in egyptum peccati. In
Exodo educitur. In levitico instruitur. In numeris armatur. In deuteronomio in lege
dei confirmatur. In Josue in habundantia bonorum spiritualium inducitur. In Judi
cum de bono collato superbiens miscedit corripitur et finito iudicio.
aptus est ut rex fiat unde in initio sequitur liber regum. De creatione mundi.
Item celum spiritus terra corpus. lucis primarie conditio. peccati cognitio. firma
mentum inter aquas inferiores et superiores. discretio inter vitia et virtu
tes. aque inferiores congregatio. vitiorum cohibitio. productio germinum. ex
hibitio bonorum operum. luminarium conditio. perfecta veritatis agnitio. pisces vi
ta activa. vel bona actio in fluctibus seculi. volucres contemplatio. animalium
creatio. sensuum corporalium redintegratio. Ade formatio. iusti perfectio.
Adam in paradyso iustus in celo. lux primaria ante solem. significat legem ante
gratiam. Johannem ante Christum. viam ante perfectionem. gratiam ante gloriam. Si
cut namque lux primaria sole fuit tempore prior. sed tamen fuit minor cla
ritate. sic lex gratia. Johannes Christo. via perfectione. gratia gloria. De aque
Aque superiores significant bonos. creatione.
et salvandos. inferiores malos dampnandos. De stellis.
Sol Christus luna ecclesia. luminaria sancti. stelle sancti fideles. vel sol congre
gatio ecclesie. stelle cognitio eorum que pertinet ad unam quamque creatu
ram. vel etiam pisces mali tractantes in laude dei. et remanent
bonis in fluctibus vitiorum volatilia boni. ¶ Sol Christus celum vel manifes
tatio ecclesia boni operis est persecutio. De paradyso. cap. ii.
Paradysus ecclesie. voluptas gratia. fons Christus. iiii^or flumina iiii evangelia.
lignum vite Christus. lignum vero scientie boni et mali cognitio manda
ti. esus ligni transgressio mandati. De peccato prothoplasti
Terra maria vi. feria vi. etas. vel dies. vel hora. Adam Christus dormi
tio Ade passio Christi. conditio eius redemptio ecclesie. Adam spiritus Eva caro. serpens

Ad plenitudinem quod ade et eve ... et ecclesie ... sponsa ... fidelis ...